

99
10

A 231
7


Hist:
III. C. 7.



Gezeichnet:
Herrn für Volkshilfung
zu Bernade
Hauptmann

J. VI, 889

~~III 4/2 J VI 6~~



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.



Hoc in Volumine continetur.

1. De Religione Ruthenorum Sibirica.
2. De Eoptorum Sacramentis Baptism: atq; Eucharist.
3. De Pygmæis Aethiopiae populis. P. Moorheim.
4. De gravaminibus Religionis Fr. Moes.
5. Augustanae Confessionis Historia
6. De regno posterorum Abrahami in Aegypto. Fr. Baumgarten
7. Natura positionum historicarum Ludowici vel complexarum
8. De causis que Lutherum ad impugnandas indulgentias permoverunt.
9. Theos D. M. Lutkeri adversus indulgentias. IV.
10. De funere et sepulcro D. M. Lutkeri.
11. De negotio Moldavico Epistola Clementis IX Pont. d. Sigismundum III.
12. De utilitate et prouiditate Hæti historici.
13. De vero usu atq; auxiliis Iurisprudentie in Historia
14. De eo quod in Historia pulorum est Oratio.
15. De origine generis Humani
16. De inuestituris Episcoporum per anulum et baculum.
17. Originis Metallifodinarum in Germania
18. Num solennis expiationum dies sub templo II fuerit celebratus?
19. De fenne et fambre famosis Aegyptiorum magis.
20. De auctore et causa fragis Assyriorum tempore Ezechielis Androsky
21. Non suprum Hædo d. 438 scribitur non Toruz in Hæto Münster.
22. In Hæto in Toruz: neque albidum neq; unibrum.
23. Non Christoph scribitur in Toruz in Hæto Münster

24. De templi Hierosol. Galilaei Imper: mandato per Judaeos frustra tentata restituitio
25. Quindam postulata a st. Mung 1712.
26. Magnus Christophorus i. e. de quib. Epistophe.
27. De Judaeo non mortali.
28. De Judaeo immortali.
29. Ahasverus morpha hie de Erwigung Epist. hie hie hie hie.
30. Landes Hamburgi
31. De inventore pulveris pyri
32. De Nestianis inter antiquiores Christianos
33. Scheltemata de Logica quadam philosophia recentior.
34. Apollonius Batavas.
35. Mystoria Rationis
36. Logonia et Catachymologia Whistoniana Sabia redditus.
37. De existentia Genii
38. De Selenographia iusta signatione.
39. De uou formentorum apud Athenienses
40. Dionysius F. scilicet Tyrannus Litteras Corinthi docens.
41. Jacobus Hyacinthus Terry de hie veritatis
42. De Joh. Fabri de resari Cathari vita et scriptis
43. De iure belli Societatis mercatorie majoris privilegiate.

d 4
DISSERTATIO PERIODICA
JURIS PUBLICI GERMANICI

de

**GRAVAMINIBUS
RELIGIONIS**

PROVISORIE AD STATUM PACIS
BADENSIS REDUCENDIS,

Præfide

IOH. IACOBO MOSER,

S. Regiæ Majestatis Porusicæ Consiliario
intimo & Professore Juris primario, &c.

Respondente

IO. GVILIELMO BERGIO,

Pillavia - Porusfo,

proxima die 4. Maji publice defendenda.

FRANCOFVRTI ad VIADRVM,

Typis PHILIPPI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.

MDCCXXXVII.

1737

Terminus
decretorius
in Ecclesia-
sticis,



Infractiones
eiusdem,

Exinde me-
tus armo-
rum.

Tempera-
mentū à Re-
ge M. Britan-
niæ in spe-
cie ratione
Gravami-
num Religi-
onis novissi-
morum pro-
positum,

Instrumento Pacis Osnabrugensis cavetur, in Ecclesiasticis, & quæ eorum respectu in Politicis mutata sunt, omnia restitui debere in statum Anni normalis sive decretorii 1624. in Palatinatu vero eum in statum, quo res istæ fuere ante motus illius temporis Bohemicos, & non restitui solum debere omnia, sed & in eo statu, in quem restituta sunt, intacta relinqui. At vero mox à tempore Pacis conditæ audita sunt gravissimæ & concatenatæ Evangelicorum querelæ de infractionibus atque attentatis Catholicorum. Ad arma tandem res spectare videbatur circa Annum 1720. tum vero Potentissimus Magnæ Britanniæ Rex Georgius I. Mediatorem agendo, Imperatori Augustissimo temperamenti loco proponi curabat: Gravamina Religionis in tres dispescenda esse classes, quarum *prima* contineret ea, quæ paucis abhinc Annis innovata essent tum ab Electoribus Moraviano atque Palatino, tum ab aliis, *secunda* vero reliqua Gravamina istis antiquiora, neque tamen Clausulam notissimam Articuli 4. Pacis Ryswicensis respicientia; *tertia* denique comprehenderet Gravamina Evangelicorum contra modo dictam Clausulam, ejusdemque & extensionem & abusum. Quantum vero ad remedia malò huic adhibenda pertinet, autor Imperatori Rex erat, ut in prima Classe (de qua potissimum nobis agendum hic erit,) omnes eos, qui quacunque demum ratione in Ecclesiasticis aliquid immutaverint, adstringat ad perficiendam absq; omni mora, (*des à present,*) excusatione vel limitatione restitutionem in eum statum, qui fuerit antea; quoad Classẽm vero secundam Imperator se declaret, quod intra terminum mox figendum, & cui Annus integer sufficere videatur, plenariam restaurationem status Pacis Westphalicæ procurare velit serio, eum autem in finem formandam statim esse Ratisbonæ Deputationem ex Ordine Statuum Imperii, quæ infractionum apertarum reparationem mandet, dubios vero casus examinet & decidat; de tertia denique Classe separatim omnino esse agendum,

agendum, dummodo ea, quæ ultimis demum annis sub præ-
textu hujus clausulæ violenter sint acta, mox tollantur atq;
pro futuro ab omni via facti absteineatur. (1)

§. 2.

Respondit ad hæc Imperator inter alia: se institutum Imperatoris
esse, ut Elector Moguntinus ea, quæ sub clypeo præfensi assensus de
Juris Diocesani in Territoriis atque Ditionibus ipsi non sub-
iectis innovaverit, in pristinum restituat, eumq; in finem re-
Mandata Casarea emanatura esse ad Dominos territoriales stituendo
de abolendis iis, quæ Elector Moguntinus inde à tempore omnia in sta-
Pacificationis Badensis de novo introduxerit. Neque minus tum, qui fu-
curaturum esse Imperatorem, ut Palatini Electoris Subditis it tempore
Reformata Religionis ea relinquuntur, in quorum notoriâ conditæ Pa-
possessione essent, imo Legatum eiusdem spem facere, Electo-
rem omnia in Ecclesiasticis in eum statum restitutum fore, cis Badensis.
qui fuerit sub auspicijs ipsius Regiminis, eoque ipso adeo sub-
lata esse omnia, quæ contra *Statum Badensis Pacis* forte im-
mutata essent. Super usu articuli 4. *Pacis Ryswicensis* agi
posse in Deputatione Statuum, imo & operam daturum esse
Imperatorem quam efficacissime, ut reliqua Gravamina contra
Pacem Westphalicam similiter ocius tollantur, Anni tamen
spatium in eo sibi præscribi non passurum esse Imperato-
rem &c. (2)

(2

§. 3.

(1) Vid. FABRI *Europ. Staats-Canzl. Tom. 36. p. 627.*

(2) FABER *l. c. Tom. 37. p. 542.* ubi in specie notari merentur verba:
Gleichwie nun hieburch alles, was seit dem Baadischen Frieden wi-
der die Proteckirende Religion mag fürgenommen worden seyn, eo
ipso abgethan ist, so verbleibet übrig, daß die von beyderseits
Religionen veranlaste Deputation derer sàmmlichen Churfürsten
und Ständen, super usu Art. 4. *Pacis Ryswicensis* sich zusammen
setze, und die andere wider den Westphälischen Frieden beyderseits
hervorgebrochene Gravamina auf das eheste auch abthue, zu Be-
nennung derselben Ihre Kayserl. Majest. des allergnädigsten Da-
sürhaltens seynd, daß kein Augenblick zu verabäumen wäre, und
wünschen nichts mehr, als daß in wenigen Wochen oder Monaten
alles möge können vollendet werden, wie sie dann darenthalben Ihre
Kayserl. Amt zu Beschleunigung dieses Wercks auf das nachdruck-
samste interponiren werden; ic.

Corporis Evangelici Declaratio. Subscripsit, ægre licet, suafu Regis Britannici, (1) Corpus Statuum Imperii Evangelicorum huic Declarationi ita, ut Imperatorem simul sub dato 20. Oct. 1720. enixissime rogaret inter alia, daret operam, ut effectus & votis & mandatis responderet, saltem intra præfixum terminum; addere porro: per hoc ipsum plane se nolle recedere ab Instrumento Pacis Westphalicæ inque eo stabilita restitutione mox perficienda atque Terminis regulativis, postulare se potius, ut ad ductum memoratæ Pacis, omni mora postposita, reliqua quoque Gravamina Evangelicorum in Ecclesiasticis discutiantur, absque omni interruptione in eo pergatur, omnia denique in eum statum restituantur, ut nulla querendi materia superfit &c. (2)

§. 4.

Effectus huius Conventionis. Jam, si vellemus exponere, quid actum super hac restitutione ad statum Pacis Badensis facienda ex eo tempore fuerit inter Corpus Evangelicorum, imo & nonnullos ex Statibus Evangelicis singulos ex una, atque tum inter Imperatorem, tum Corpus Catholicorum, tum Status &c. Catholicos singulos ex parte altera, præscriptus nobis pagellarum numerus ea non caperet; sufficiat ergo hic loci annotasse, Imperatorem rescripsisse primo sub 14. Nov. 1720. ad Electores Moguntinum atque Palatinum, Comitem quoque Palatinum Bipontinum, sequenti vero tempore itidem tum ad eosdem, tum ad quam plurimos alios, ut intra quatuor mensium spatium ea, quæ in Ecclesiasticis essent immutata, ad statum

(1) *l. c. p. 546.*

(2) FABER *l. c. p. 551.* Man zweifelt auch, inquit, Evangelischer Seits keines Wegs, daß es mit der denen gravirenden Ständer überhaupt gesetzten Frist nicht die Meynung habe, von dem Instrumentum. Pac. Westph. welches die Restitution ohnaußhaltlich zu besolden verordnet, abzuweichen, oder auch denen darinn benannten Terminis Regularivis zu præjudiciren, sondern daß man vielmehr zu Abstellung derer ältern Gravaminum, nach Maßgebung oberwehnter Friedens-Schlusses, ohnverweilt schreiten, unausfözlich darinn fortfahren und ohne einigen Mangel alles einrichten werde &c.

❧ 106 ❧

statum Pacis Badensis tantisper restituerent, donec plenarie inter utriusque Religionis Consortes super Gravaminibus Religionis transigeretur, asseruisse quoque Status gravantes, satisfactum esse omni ex parte Mandatis hisce Cæsareis, Evangelicos vero & hoc ipsum negasse, & conquestos esse sapius de commissis potius per Catholicos indies novis, iisque gravissimis atque intolerabilibus plane attentatis, denique, cum Catholici in eo persisterent, medelam ab Augustissimo imperatam Gravaminibus allatam esse, Evangelicos iteratis vicibus petiisse ab Imperatore, ut per Commissiones locales in veritatem rei inquiratur, at vero neque hoc, neque Tractatum de componendis Gravaminibus Religionis Pace Badensi superioribus vel initium solum factum esse in hunc usque diem.

§. 5.

Concludimus iam ex hisce præmissis: 1. Statum Pacis Badensis quoad materiam Gravaminum Religionis nulla niti Lege vel Concluso Imperii. Ad utrumque enim requiritur, ut res aliqua in tribus S. R. I. Collegiis rite proponatur, super ea Vota ferantur, secundum ea Conclusa primo Collegiorum, dein & commune Placitum formetur, idem Imperatori offeratur atque ab eodem approbetur; iam vero plane hæc omnia deficiunt in substrato, cum de Gravaminibus Religionis ad Statum Pacis Badensis reducendis neque ulla S. R. I. Senatibus Propositio facta fuerit unquam, neque deliberatum sit super eadem, multoque adeo minus Conclusum quoddam Collegiorum vel singulorum vel omnium extare eidemque ratihabitio Imperatoria accedere potuerit, sed fundamenti loco haber hic status Propositionem quandam Regis Britannici Imperatori factam atque ad eandem Declarationem Cæsaream, in qua acquievere certo modo Evangelici.

§. 6.

Hinc 2. nec ipsis Statibus &c. Catholicis ius quoddam agendi contra Evangelicos ex hac ipsa Conventione competit, idque eo minus, quod, cum Status Evangelici in Voto communi 14. Mart. 1721. in Collegio Principum ad Protocollum edito materiam hanc tangerent, Catholici in Voto ipsorum communi die 30. Maji plane eam præter-

*Status Pacis
Badensis nulli
Imperii
Legenitur.*

*Catholicis
Statibus nulli
ex eo
ius competit
contra Evangelicos.*

mitterent, imo, Evangelicis 12. Sept. desuper conquerentibus, die 3. Oct. rotunde ad Protocollum declararent, rem hanc nullatenus pertinere ad Comitria, sed transigendum super ea esse inter Imperatorem atque Status Evangelicos. Ex quo prono satis fluit alveo, posse Evangelicos, si res ipsis sit cum solis Statibus Catholicis vel coniunctim sumtis vel etiam singulis, Jure optimo maximo provocare ad Statum Anni secundum Pacem, non Badensem, sed Westphalicam, decretorii, eidemq; mordicus inharere.

§. 7.

Neque sum- 3. Cum supremis Imperii Tribunalibus secundum Imperii Constitutiones solummodo iudicare fas sit, imo & secundum has quoque tum demum, Tribu- cum eadem per Decretum Casareum ipsis sunt insinuata; Conventio autem bus fas est, hæc super Statu Pacis Badensis nullo modo dici possit Lex Imperii, hinc nec pro- iudicare se- cundum illam poterunt dicta Imperii Iudicia; id ipsum vero nihil fecius fieri cum animadvertent Status Evangelici (1), iustissimam deferendi hunc statum ad Imperatorem suas desuper querelas (2) occasionem nacti sunt.

§. 8.

Dudum ex- 4. Cum non aliter, quam sub expressa hac conditione terminum Status piravit ter- Pacis Badensis approbaverint Evangelici, ut Gravamina inde à tempore Pacis minus tum Badensis suæ Religionis consortibus illata, de quibus tum erat quaestio, ad mi- statutus, nimum intra quadrimestre tollerentur & ad statum dictæ Pacis reducerentur, iam vero ultra 200. menses sint elapsi, Jure ab Evangelicis postulari nequit amplius, ut

(1) In causa Baden-Baden contra Pfalz-Birchensfeld, in puncto divisionis Comitatus Sponheimensis Judicium Imperiale Aulicum rescriptit inter alia d. 26. Maj. 1730. ad Commissarios: Als hätten beide Kayserliche Commissarii die vorwaltende Streitigkeiten überhaupt, und zwar die Ecclesiastica entweder nach Maßgab des Öfnadrückischen oder allen falls secundum possessionem & statum des Baadischen Friedens= Schlusses - gründlich zu untersuchen zc. Sic & in causa zu Worms Magistratus Aug. Conf. contra das geistliche Vicariat-Mut daselbst, in puncto Exercitii Religionis conclusum fuit ab eodem d. 28. Maj. 1728. Rescribatur dem Rath zu Worms: Nachdem s s dargethan ist, daß die Catholischen zu Worms vor und nach dem Baadischen Friedens= Schluß sanctum Viaticum in einem Ciborio öffentlich s s zu denen Kranken getragen s s als ist die daselbstige Catholische Geistlichkeit bey ihrer nach Erforderung dieses Summariissimi satzsam erwisenen Possels vel quasi - sriblich zu lassen und zu handhaben. zc.

(2) Sic enim Corpus Evangelicum in Literis ad Imperatorem d. d. 23. Jul. 1732. ait: Im Namen unserer höchst und hohen Principalen inhariren Wir lediglich der ohnumstößlich gegründeten Meynung, daß dem Reichs-Hof-Rathe bey vorfallenden und zu Handhabung oder Execution des Westphälischen Friedens an Ihn gelangenden Relis

ut contenti sint, si Gravamina cuiusdam Pace Badensi iunioris, ex iis, quæ circa
A. 1720. in motu fuere, restitutio ad statum Pacis Badensis nunc offeratur, neque
Evangelicis obstat hæc Conventio, quo minus restaurationem Status Annorum
secundum Instrumentum Pacis Westphalicæ decretiorum possint urgere. (1)

§. 9.

Clarum est utique, mentem & Imperatoris & Statuum Evangelico-
rum fuisse An. 1720. ut hic terminus Pacis Badensis norma illorum solum Gra-
yaminum esset, quæ in quæstione erant tempore pacti conditi (2); quod si
ergo medio hoc tempore nova plane Gravamina hinc inde enata sunt, ista ter-
mino huic normali plane non subjacent, sed ex regula Instrumenti Pacis Osnæ-
brugensis dijudicanda sunt.

Neque is
spectat ad
Gravamina
recentiora.

§. 10.

Multo porro mius ea Paciscentium mens fuit, ac si stabilis ac per-
petui termini decretorii loco esse deberet Status hic Pacis Badensis atque
Gravamen Religionis ad eius legem reductum pro sublato censi; sed
in id tantum consentire Evangelici, ut tantisper, donec super medijs redin-
tegrandi statum Westphalicæ transigeretur inter utriusque Religionis Confor-
tes, in eum omnia statum restituerentur, qui fuit tempore conditæ Pacis
Badensis, imo Imperator ipse interimistici solum temperamenti loco habuit
hunc statum, testibus Rescriptis ad Status Gravantes emissis. (3)

Tempera-
mentum e-
rat solum in-
ter imi si-
cum.

§. 11.

gions; Beschwerden auf den in von Seiner Umfassung toto cælo
differenter Absicht Anno 1720. taliter qualiter beliebten und wegen ohn-
erfüllt geliebener Conditionen nunmehr überhaupt gänzlich cessi-
renden Statum Pacis Badensis zu sprechen, oder irgend sonst ein
Possessorium summarissimum einzuführen keinesweges zukomme; son-
dern lediglich auf das nudum Factum Possessionis in annis normali-
bus 1618. & 1624. durch Mandata sine Clausula, oder, wo jenes, das
Factum, streitig; Erkennung ohnpartheylicher Local-Commissionen
zurück zu gehen etc.

(1) Conf. Not. 2. ad §. præc.

(2) Ita enim Imperator in Rescripto ad Con-Commissarium suum Ratis-
bonæ subscriptum d. d. s. Oct. 1725. Daß wir Uns zwar gegen den
Lord Cadogan herreiß Anno 1720. aus eigener Bewegnuß verneh-
men lassen, was machen wir dahin sehen wollten, damit die NE-
damalen angebracht gewesene Gravamina, wo möglich, innerhalb
vier Monathen abgethan werden möchten etc. Evangelicos vero futu-
ris Gravaminibus per hanc Conventionem noluisse prospicere, tota
rei series loquitur, cum insisterint potius, ut illibus posthac serve-
tur Status Pacis Westphalicæ.

(3) Quæ mutatis mirandis ita erant concepta: Euer Lieben wollen alle
seit her dem Baadischen Frieden im Religions-Weßen vorgenommene
Veränderungen innerhalb vier Monathen ab, und allerdings NB. bis
zu der Haupt-Untersuchung oder Vergleich von allerseits Religions-
Verwandten alles in vorigen Stand wieder herstellen.

Gravamina 7. Omnium vero minime ullam excusationem, sed indignationem potius Pace Badensi mereantur, (1) qui, cum Evangelici de cassando quodam Gravamine Reliquantiora rationis eos admonent, excipiunt: Gravamen hoc tempore Pacis Badensis iam nihilominus extitisse. Corpus enim Evangelicum, cum assensum præberet statui Pacis Badensis, tanquam conditionem sine qua non adiecit pactum, quod Gravamina Religionis Pace Badensi priora intra Anni spatium itidem e medio tolli debeant, & licet Augustissimus terminum ananum sibi præscribi nollet, promisit tamen, omnem se daturum esse operam, ut quam proxime his quoque Votis satisfaceret. Imo, si vel maxime hæc ita expresse stipulata non essent, attamen & Pacificatio Westphalica & Capitulatio Cæsarea, quorum beneficiis nunquam & nusquam renunciarunt Evangelici, hoc ipsum poscerent.

§. 12.

Observationes finales.

Denique in id omnes, qui posthabito partium studio rem expendant, conspirabunt: 1. Status Imperii Evangelicos negotium hoc, maximi respectu eorum momenti, per tria continua lustra & ultra summa semper cum moderatione tractavisse, 2. Eisdem tantum de suo iure liquido remisisse tempore conditi huius pacti, quantum, salvis Imperii Legibus fundamentalibus, ab ipsis invidis extorqueri non potuisset, 3. incredibili fere eos usos esse patientia in expectando plenario promissorum effectu, cum vero 4. hæcenus tot & tam insignia atque luculenta Gravamina haud sublata restent, & dum super reducendo statu Pacis Badensis convertitur, Status Pacis Westphalicæ tantum non manderet oblivioni, gravissimas utique causas habere Evangelicos, ut in posterum omnibus huius generis temperamentis manus præbere reculent, 5. iam autem instant perito æquissimo, de Gravaminibus Religionis quibuscumque vel tandem ad Statum Pacis, non Badensis, sed Westphalicæ, reducendis;

(1) Iusto ergo dolore commoti ad Imperatorem perscribere Evangelici die 23. Mart. 1728. Obgleich aus Catholicorum letzteren dem Reichs-Convention communicirten Partitions-Berichten selbst überflüssig erhellet, wie eine sehr grosse Menge derselben, und zwar zum Theil sicher von besonderer Wichtigkeit und Consequenz, anoch übrig seyn, indem sie entweder die gerühmte Remeduren nicht zuverlässig und glaubwürdig genug erweisen, oder das Gravamen gar eingestehen und mit allerhand ungültigen Einwendungen vertheydigen, worunter im Fall der Noth, und wann keine andere zu erfinden, besonders diese eine ganz gemeine ist, es schlage nicht in Statum Pacis Badensis ein, gleich als ob der im Westphälischen Frieden so heilig beliebte unveränderliche terminus regulativus anni 1618. & 1624. aufgehoben wäre; so, daß öftters das Argumentum, womit man das Gravamen und dessen Beybehaltung zu justificiren oder doch taliter qualiter zu entschuldigen vermeynt, ärger und bedenklicher ist, denn das Gravamen selbst, und billich zu neuen Klagen Ursach gibt. &c.

Corollariorum

vices subibit Prædis Compendium Iuris publici & quidem hac vice Libri ejusdem primi Caput primum & ad illud Spicilegium, quorum defensionem contra Opposituros suscipiemus.

AB: 155064 (1)

ULB Halle 3
003 921 654




Sb.

VD08

R

VD17







d 4

DISSERTATIO PERIODICA
JURIS PUBLICI GERMANICI

de
**GRAVAMINIBUS
RELIGIONIS**

PROVISORIE AD STATUM PACIS
BADENSIS REDUCENDIS,

Præfide

IOH. IACOBO MOSER,

S. Regiæ Majestatis Porusficæ Consiliario
intimo & Professore Juris primario, &c.

Respondente

IO. GVILIELMO BERGIO,

Pillavia - Porusfo,

proxima die 4. Maji publice defendenda.

FRANCOFVRTI ad VIADRV M,
Typis PHILIPPI SCHWARTZII, Acad. Reg. Typ.
MDCCXXXVII.

7737

